

mus. quod uniuersa ecclesia a sacrilegio
schismatis remota custodit. In qua
tamen si aliud alii. & aliud alii adhuc
de ista quaestione salua pace sentirent.
Donec uniuersali concilio unum aliquid
deliquatum sincerumq. placuisset.
humanae infirmitatis errorem quo
operiret caritas unitatis. Sicut scrip
tum est. Quia caritas operit multitu
dinem peccatorum. Qua enim absen
te. cetera inaniter habentur. Eadem
praesente. quaedam uenialiter non
habentur. Extant beati martyris
cypriani in eius litteris magna docu
menta. Ut ad illum iam ueniam de
cuius sibi auctoritate isti carnaliter
blandiuntur. cum eius caritate spi
ritaliter perimantur. Nam illis
temporib. ante quam plenarii concilii
sententia quid in hac re sequendum
esset. totius ecclae consensio confirma
ret. Uisum est ei cum ferme octoa
ginta coepiscopis suis africanarum
ecclesiarum. omnem hominem qui
extra ecclesiae catholicae commu
nionem baptizatus fuisset. oportere

ad ecclesiam uenientem denuo baptizari.
Quod non recte fieri tanto uiro nimirum
propterea dns non aperuit. ut eius pia
& humilitas & caritas in custodienda
salubriter ecclesiae pace patesceret.
& non solum illius temporis xpianis.
sed etiam posteris ad medicinalem
ut ita dicam notitiam signaretur.
Cum enim tanti meriti. tantae eccle
siae. tanti pectoris. tanti oris. tantae
uirtutis episcopus. aliud de baptismo
arbitraretur. quam erat diligentius
inquisita ueritas firmatura. Multiq.
eius collegae quamuis nondum liquido
manifestatum. Id tamen tenerent quod
& praeteritae ecclesiae consuetudo.
& postea totus catholicus orbis amplexus
est. Non se illis tamen a ceteris diuersa
sentientibus separata communione
disiunxit; & hoc etiam ceteris per
suadere non destitit. ut sufferrent in
uicem in dilectione. studentes seruare
unitatem sps in uinculo pacis. Ita enim
corporis manente compage. si quid
in quibusdam membris infirmaba
tur. ex eorum sanitate conualesceret

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0028